

Tabula Pomeraniæ secundum omnes principatus & insigniores ciuitates, oppida & arces eius:

Vuandalorum

Cassubiorum

Stetini

Pomeraniæ


Vfedom

Gutzkouij

Vuolgasti

Rugiæ

Barthiæ



nibus summorum pontificum laborarent anathemate. Poloni tamen principes Bolislaus & qui sequebantur eum, satagerunt conterminos Vuandalos in ditione Pomeraniæ ad iuga Christi cogere. Vnde factum est, ut ad orientem prius quàm in occiduo Vuandali ad Christum peruenirent. Critone enim in principatu cõsenescente, Gotscalcii filius Henricus inualluit, adiutusque Sclauina uxore Critonis insidijs circũuenit Critonem & potionem temulentum

tum occidi curauit, duxitque eius uxorem, & obtinuit paternum principatum. Quod audientes uniuersi Vuandalorum populi, quod surrexisset inter eos princeps, qui diceret subeundas Christi leges, patrem habens qui in eam causam perisset, indignati conuenerunt, ut pugnarent aduersus eum, at Henricus subsidio Magni ducis Saxoniarum superior factus, coegit eos sub tributum. De religione uero nullum fecit uerbum, sciens obstinatos eorum animos & inextricabile odium in religionem

*Przemysko Kzewicki*

*na Przewozie*

*POMERANIA*